

tunc instanti festo proximo sancte trinitatis promittimus in civitate maiori Pragensi in personis propriis, quod nobis per antedictos fideles nostros ostensum fuerit, consuetum obstagium subintrare non egressuri, donec [predictum] opidum cum suis pertinenciis ut prefertur a predicta abbatiſſa preposito et conventui monasterii Dogzanensis emerimus et disbri[gaverimus] supradictis fidelibus nostris vel ipsis equivalentem pecuniam ad estimacionem predicti Sbinkonis una cum [usuris] et exactione solucionis eiusdem peccunie arstantibus solverimus integraliter et complete. Presencium etc. Datum ut supra.

Nr. 11, 1348 März 20.

Berka de Duba.

[Karolus etc.] quod de fidelium nostrorum dilectorum Hinkonis Bercze de Duba purgravii Pragensis et Henrici fratris ipsius legalitate presumentes ipsis tuicionem et regimen opidi Cwarar dicti Radusschow cum omnibus utilitatibus iuribus dominiis [libertati]bus et obveccionibus quibuscumque ad idem opidum spectantibus eo iure condicione et forma, prout a patre ipsorum et ceteris [predecessorib]us tentum fuit et habitum, de specialis gracie nostre munificentia presentibus duximus committendum volentes ipsos circa [tuicionem] et regimen predicti opidi et pertinentiarum ipsius gracie conservare et in causa, si deliberaverimus tuicionem et regimen [ab] ipsis auferre, extunc eadem nostris usibus dominio et tutele reservare et nulli alteri committere presentibus pollicemur [mandantes u]niversis et singulis capitaneis camerariis officialibus etc. Presentium etc. Datum Prage XIII kalen. aprilis.

Nr. 12,

Berka de Duba.

[Karolus etc.] quod nobiles Hinkonem Berkam dictum de Duba purgravium Pragensem et eius filios fideles nostros dilectos [omnibus] debitis, que pro se ipsis erga cives nostros Pragenses contraxisse noscuntur, ut tenemur, eripere cupientes universa et.

Nr. 13, 1348 April 9.

Karolus etc. Noscant igitur presentes et posteri ad ¹ ecclesiam Luthomuschensem noviter in kathedralem erectam

1) Offenbar irrtümlich statt 'quod'.